



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Adhortatio ad piè, ac deuotè celebrandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

ADHORTATIO

ad piè, ac deuotè
celebrandum.

Ex Concil. Trident.

Sess. 13. cap. 7.

SI non licet ad sa-
cras vllas functio-
nes quempiam acce-
dere nisi sanctè, certè
quò magis sanctitas, &
diuinitas celestis huius
Sacramenti viro Chri-
stiano comperta est, eò
diligentiùs cauere ille
debet ne absque ma-
gna

1. Cor.
11.

16 *Pia ad quotidie*
gha reuerentia, & san-
ctitate ad id percipien-
dum accedat, præfer-
tim cum illa verba ple-
na formidinis apud A-
postolum legatur; Qui
manducat, & bibit indi-
gnè, iudicium sibi man-
ducat, & bibit, nō diju-
dicās corpus Domini.

Ex S. Ambrosio in præ-
parat. ad Missam.

QVanta, Domine
Iesu, cordis con-
tritione, & la-
crymarum fonte: quan-
ta reuerentia, & timo-
re:

celebr. adhortat. 17

re: quanta corporis castitate, & animæ puritate illud diuinum, & cœleste Sacrificium, est celebrandum, vbi caro tua in veritate sumitur, & sanguis tuus in veritate bibitur; vbi summis ima coniunguntur: vbi adest præsentia Sâctorum Angelorum: vbi tu es Sacerdos, & Sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus? quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum?

Ex

*Ex S. Gregor. in 1. Reg.
lib. 2. cap. 1.*

Quia sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi ut à peccatis, quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, evacuari quotidie conentur? Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, et si minima sunt peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei fructum auferunt internæ saturitatis.

F A.